



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646.
zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen
Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs
Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt
worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XXVII. Veränderter und vermehrter Aufsatz der Kayserlichen Antwort in
puncto Satisfactionis Suecicæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.
Nov.

Vasallis, & hominibus competentia eorum Jura & Privilegia, ab antecessoribus legitime acquisita & obtenta confirmare & conservare; Et si qui è dictis Provinciis durante bello propter servitia Cæsari Ejusque Fœderatis & Adhærentibus præstita suis bonis privati fuerint, eos restitui jubebunt. Intuitu etiam dictarum Ditionum cum vicinis Regibus & Rebuspublicis bonam amicitiam fervent, ne Imperator & Imperium Romanum eorum causa, inviti & absque præcedente consensu, cum iis bello committantur. Inprimis vero teneantur per hæc ditiones, per flumina & per mare, quibus adluuntur Romani Imperii Civibus cujuscunque status & ordinis, liberum Commerciorum usum permittere, ac præsertim Civitatibus Anseaticis sua Privilegia & immunitates illas relinquare.

1646.
Nov.

Quod si Elector Brandenburgicus illis, quæ, ut prædictum, ipsi in recompensationem cedant, contentus esse consensumque suum præstare noluerit, tum licitum esto Regina Regnoque Sueciæ, juxta propositionem ab Ejusdem Dominis Plenipotentiaris factam, quicquid prædictorum locorum ad utramque Pomeraniam, Ducatumque Megapolitanum spectantium in possessione habeat, absque ulla ulteriori molestatione penes se retinere, ac nihil ominis Imperator & Imperium Pacem inviolatam cum dicta Regina & Regno Sueciæ conservabit & manutenebit. Actum Monasterii 20. st. nov. Novembr. Anno 1646.

§. XXVII.

Verändertes
und vermehretes
Aussatz.

Es wurde aber solche Resolutio Cæsareanorum in verschiedenen Stücken folgendem Aussatz erscheinert.

Resolutio Cæsareanum ad Propositionem Suecicam in puncto Satisfactionis, Monasterii d. 20. Octobris 1646.

Pro parte Serenissimæ Cæsareæ Majestatis Plenipotentiariorum ad Postulara, quæ proxima die Dominica per Serenissimæ Regina Sueciæ Plenipotentiarios propofita sunt, visum est, prout sequitur, respondere.

Cum de concedenda Coronæ Sueciæ Pomerania Anteriori seu Citeriori vulgo Bor-Pommern dicta, in Tractatibus antecedentibus sermo fuit, nunquam ex parte Imperatoris id aliter intellectum, quam ut antehac inter pristinos Pomeraniæ Duces Provincia hæc in Anteriorem & Posteriorem divisa fuit, non attento, aliqua particulæ ad alterutram pertinentes, cis vel ultra Oderam sitæ essent. Deinde cum ista petitio de impertienda simultanea Investitura prorsus nova sit, neque antehac, quantum equidem Cæsareani meminisse possunt, in medium producta: ideo putant omittendam, Tum quod termini hujus simultaneæ Investituræ sint prorsus inæquales. Cum enim in talibus Investituris spes militet mutæ utriusque investiti successione, casus hic in Corona Sueciæ, ut quæ nunquam mori intelligatur, contingere nunquam potest, unde nec credibile est Dominum Electorem Brandenburgicum in eam consensurum: tum quod hæc res apud Germania Principes maximam æmulationem excitare posset. Hinc etiam Imperator in concessionem alicujus rei æquivalentis, donec casus expectatione contingat, nullatenus adstringi potest. Nam cum Domini Sueci velint, restituendo Pomeraniam Posteriorem, beneficio id Electori Brandenburgico tribuere, ab omni ratione alienum, & æquitati contrarium esset, Imperatorem & Imperium id luere, & propter aliena commoda damno affici.

Novæ

1646.
Nov.

Novæ pariter postulationes sunt, cessione Praefectarum Poel atque Neuen-Closter in Ducatu Mechlenburgensi, ac facile credi potest, Ducem in easdem nullatenus consenturum, nec etiam ad bonam Reginae Regnique Sueciae famam redundaret, si eum Ducem, quem suis viribus restitutum volunt, tantis multarent dirionibus, itaque speratur, & has omisum iri. Quod ad oppidum & praefecturam Wilshausen attinet, cum hæc in praesentiarum ad Episcopatum Monasteriensem spectet, nec Caesareanorum aliamens fuerit, cum de relinquendo Archi-Episcopatu Bremensi, ut & Episcopatu Verdensi Corona Sueciae actum, quam ut eo statu transferentur, in quo nunc sunt, ideo causam æquam Plenipotentiarum Suecici non habent, cur huic postulationi insistere debeant. Cum autem petant, dictos duos Episcopatus Reginae & Corona Sueciae, titulo Secularium Ducatum, concedi, petunt id, quod in parte Imperatoris situm non est, sicuti semper ad huiusmodi praetensionem antehac responsum fuit. Non enim licet Imperatori, transmutare bona Ecclesiae & DEO dicata in Secularia, eorumque statum & conditionem tollere, absque Ecclesiae auctoritate. Itaque contenta esse debet Corona Sueciae possessione istorum Episcopatum, eo modo, quo ad ipsam transferuntur.

1646.
Nov.

Episcopatus Caminensis antehac in postulatione non fuit, nec ad partes Ducatus Pomeraniae pertinet, sed proprio jure Immedietatis erga Imperium gaudet, consequenter in eodem relinquendus erit.

De recompensa Duci *Friderico* Holsatiae pro cessione Administrationis Archi-Episcopatus Bremensis praestanda, Caesar minime se obligatum intelligit, cum ipse Dux jure armorum se hos amississe fateatur, nec quicquam postulet, & nulla hic culpa Suae Majestati imputari possit.

His ita praemissis Caesareani Satisfactionem Reginae & Regni Sueciae sequentibus articulis comprehendunt: 1.) Imperator de consensu Electorum, Principum & Ordinum Imperii, Reginae & Regno Sueciae in perpetuum Feudum concedet Anteriorem seu Citeriorem Pomeraniam, vulgo *Bor-Pommern* dictam, iis finibus contentam, quibus ante sub prioribus Ducibus descripta fuit, una cum Insula *Rugia*, cum omnibus & singulis ad easdem pertinentibus, sicut ultimi possessores eas habuerunt, incoluerunt ac rexerunt.

2.) Imperator pari consensu Reginae ac Corona Sueciae in perpetuum Feudum concedit Archi-Episcopatum Bremensem, & Episcopatum Verdensensem, ita tamen ut salvus eorumdem status Ecclesiasticus permaneat per omnia, nec in eo quicquam immutetur.

3.) Cum tamen urbs & Civitas Bremensis jam ante inter Urbes Imperiales habita fuerit, & adhuc habeatur, Imperator eam ab ista concessione disertis verbis exceptam, nec ejusdem Juribus & Privilegiis quicquam derogatum esse vult, & declarat.

4.) Civitas totusque portus Wismariensis, una cum fortalitio *Walfisch* in parte Reginae Regnique Sueciae jure perpetui Feudi Imperialis permaneat, ac teneatur eo nomine Regina Investituram a Caesare recipere cum iis juribus, quibus iste portus antehac ad Duces Mechlenburgenses spectavit.

5.) Et quia utrinque interest, tam Electorem Brandenburgicum quam Ducem Mechlenburgensem huic alienationi ac translationi assensum praestare, ideo Domino Electori Brandenburgico, siquidem consensum suum pro conceden-

1646.
Nov.

cedenda Suecis Pomerania Citeriori dederit, restitui debet Ducatus Pomeraniae Posterioris cum omnibus suis appertinentiis, sicut antehac ad Praedecessores Pomeraniae Duces pertinebat, salva tamen aliqua donatione, à Rege aut Regina Sueciae in aliquem suorum Officialium, in eadem facta. Pariter eidem Electori pro recompensatione juris, quod habet ad Pomeraniam Citeriorem, concedit Imperator Episcopatum Halberstadiensem, salvo tamen ejusdem statu Ecclesiastico, & ut omnia in ea dispositione, quoad Ecclesiastica, Politica & Feudalia relinquuntur, quemadmodum Serenissimus Archi-Dux *Leopoldus Wilhelmus*, durante sua Administratione ordinavit.

6) Duci vero Mechlenburgensi, si in praedictam portus Wismariensis alienationem consenserit, deinceps jus Episcopatus Razeburgensis ipsi soli, exclusis aliis, qui per Electionem aut Postulationem Capituli assumi poterunt, competat.

7) Cum Sessio & Votum in Comitibus Imperialibus ratione Episcopatum Bremensis & Verdenfis hactenus in usu non fuerit, ideo Regina & Corona Sueciae in Diocesis Imperialibus ratione omnium harum terrarum ipsi concessarum, unica tantum Sessione & Voto contenta maneat.

8) Imperator concedet eidem Privilegium Academiae, Universitatis Griphswaldiae in Pomerania Citeriori erigendae.

9) Itidem concedet Imperator Reginae & Coronae Sueciae, respectu dictarum terrarum Imperii, Privilegium de non appellando, nisi summa in Judicio deducta 500. Aureos Rhenanos in auro excedat. Ita tamen, ut Regina ac Corona Sueciae sua Dicasteria Provincialia in locis opportunis constituta habeat, nec subditos extra limites Imperii juris reddendi accipiendive causa evocare praesumat.

10) Vicissim teneantur Reges Regnumque Sueciae evenienti casu toties quoties, Feudum hoc per honoratos suos Nuncios ab Imperatore & Imperio recognoscere, atque Investiturarum renovationes petere, fidelitatem & homagium, tum etiam quae ex homagii jure debentur, sicut antecessores ceterique Principes Imperii, praestare, tum dictarum Ditionum statibus, subditis, Vasallis & hominibus competentibus eorum Jura & Privilegia ab Antecessoribus legitime acquisita & obtenta, confirmare & conservare; & si qui è dictis provinciis durante bello propter servitia Caesari, Ejusque Foederatis & Adhaerentibus praestita, suis bonis privati fuerint, eos restitui jubebunt.

11) Intuitu etiam dictarum Ditionum cum Vicinis Regibus & Rebus publicis bonam amicitiam fervent, ne Imperator & Imperium Romanum eorum causa inviti & absque praecedente consensu, cum iis bello committantur. Imprimis vero teneantur per haec Ditiones, per flumina & per mare, quibus alluuntur, Romani Imperii Civibus, cujuscunque status & Ordinis, liberum Commerciorum usum permittere, ac praesertim Civitatibus Hanseaticis sua Privilegia & immunitates illaesa relinquere.

12) Econtra teneatur Imperator & Imperium, Reges, Regnumque Sueciae, si illis ratione dictarum Ditionum à quocunque ulla moveatur controversia, ullumve praedictum aut hostilitas inferatur, contra quemcunque tutos & securos praestare: communibus tamen utrinque expensis, pro ut haec omnia latius in Investiturae Diplomate exprimantur.

13) Quod si Elector Brandenburgicus illis, quae, ut praedictum, ipsi in recompensationem cedant, contentus esse, consensumque suum praestare

Dritter Theil.

Dddd

re

1646.
Nov.

1646.
Nov.

re noluerit; tum licitum esto Reginae Regnoque Sueciae, juxta propositionem ab Ejusdem Dominis Plenipotentariis factam, quicquid praedictorum locorum ad utramque Pomeraniam spectantium in possessione habent, absque ulla ulteriori molestatione penes se retinere, ac nihilominus Imperator & Imperium, Pacem inviolatam cum dicta Regina & Regno Sueciae conservabit & manutenebit. Actum Monasterii 20. Novembris 1646.

1646.
Nov.

§. XXVIII.

Vorstellung
des Erz-Bi-
schoffs zu
Bremen, ge-
gen die Cel-
sion von Bre-
men und Ver-
den an Schwe-
den.

Gegen solche zwischen den Kayserlichen und Schwedischen, über die Celsion von Bremen und Verden vorgegangene Handlungen, suchte der damalige Erz-Bischoff zu Bremen, überdem, was schon oben T. II. Lib. XVII. §. XXIV. hievon vorgekommen, sich durch nachgeschickte Vorstellungen zu helfen:

N. I.

Friederich von Gottes Gnaden, Erwehlt zu Erz- und Bischoffen dero Stifter Bremen und Verden, Coadjutor zu Halberstadt, Erbe zu Norwegen, Herzog zu Schleswig Holstein, Stormarn und der Ditmarsen, Grafe zu Oldenburg und Delmenhorst ic.

N. I.
Erz-Bischoff-
lich: Drem-
sches Schrei-
ben ad Status
Evangelicos,
die Celsion
Bremen und
Verden be-
treffend.

N. 1.

Unsere gnädigen Gruß in ganz wohlgemeintem Willen zuvor, Edle, Ehren-
Beste, Hochgelahrte, besonders Liebe, und liebe Besondere. Wir zweifeln nicht,
Sie werden annoch in unentfallenem Andencken haben, daß sobald wir die gewisse
Nachricht erlanget, daß auf seiten der Königlich Würden und Erone Schweden,
Unser Erz- und Stifter Bremen und Verden, zu Ihrer Satisfaction vorgeschlagen
und begehret; Wir Uns darüber nicht unbillig beschwehret, und mit Unserer öffent-
lichen Contradiction, davon hiebey nochmahls Copia N. 1. geleyet, zu Dñabrück
einkommen, dieselbe bey den löblichen Directoris übergeben, und ad Dictaturam
zu bringen, gebührlische Ansuchung thun lassen.

Nun seynd Wir in denen billigmäßigen Gedanken gestanden, es würden die
angeführte erhebliche rerum momenta und fundamenta, ihrer Wichtigkeit nach,
in reiffe Consideration gezogen, und auf andere billige Satisfaction-Mittel, da
sonsten der Friede billig und beständig seyn soll, gedacht worden, und Wir mit un-
verschuldeter Privirung und Uebergebung Unserer Lande und Leute billig zu verschonen
seyn; so müssen Wir doch über alle besser geschöpfte rechtliche Zuversicht und Hoff-
nung erfahren, daß Ihre Kayserliche Majestät, Unser allergnädigster Herr, in solcher
Translation zu willigen, und Unsere Lande zur Satisfaction hinzugeben, durch ihre
plenipotentiierte Herren Abgesandte sich vernehmen lassen, und dieselbe darzu offe-
rirt, ohnerachtet über vorhin angeführte unwidersprechliche Rationes solcher Trans-
lation ferner entgegen stehet, daß, demnach in dem vor einem Jahr zwischen beyden
Eronen Dännemarc und Schweden getroffenen Frieden-Schluß, wegen Restituti-
on Unserer Erz- und Stifter Tractaten veranlasset, der Erone Dännemarc, wie
auch der Erone Frankreich und Herren Staaten von Holland, als Interponenten,
dazu gute Vertröstung geschehen, und solcher Veranlassung zu Folge, Wir eine
sonderbare Gesandtschaft nach Stockholm spediret, dieselbe zu tractiren gestattet,
auch mit keiner abschlägigen, sondern nur dilatorischer Resolution, wie beygefü-
ter Extract der Königlich Resolution N. 2. anzeigt, versehen, die Tractaten
in Händen gelassen, und bis dato nicht abrumpiret oder zu Ende gebracht: gestalt
dann auch die Königlich Schwedischen Plenipotentarii zu Dñabrück sich gegen
Unsern Bevollmächtigten daselbst dahin erkläret, daß die Restitutio angeregter Un-
serer Stifter, besage des Nordischen Frieden-Schlusses N. 3. nach Stockholm verwie-
sen, und daselbst abgehandelt werden müste, Wir auch in Monat Junio, und
folgend in Monat September, an die Königlich Würden in Schweden geschrie-
ben,

N. 2.

N. 3.